

PRAEFATIO ED. II.

Maluiffem V. C. sua meis non ita intertextu-
iffe, vt omnino dignofcere nequeat, qui mea
nondum legit, Si qui mihi crimen obfcu-
ritatis obiiciunt, *liuidos verueces* ipfe vocat,
non ego. *Qui principium rationis fufficien-
tis inficiantur, exfiftere mundum docebunt,*
licet negent auctorem, in quo exfiftit ratio
producti vniuerfi, ex eius fententia, non ex
mea. Quia elementa fimplicia non admittunt
amittere praefantiffimum argumentum, quo
mundum effe creatum intelligitur, ipfe dicit,
non ego, e. c.

Sunt, in quibus verba mea mutans V. C.,
fenfum ita fimul immutauit, vt alia dixiffe
videar omnia. *Ens quod exfiftat, vt deter-
minatio alterius, vel ita effe potef, vocari a*
me accidens ait, ergo addens, ens illud, quod
non exfiftere potef, vt alterius determinatio,
erit fubftantia. Vtrumque fatis aperte con-
tra meum, §. 191. Mihi fubftantia eft, quod
potef exfiftere, licet non fit determinatio
(nota, character, praedicatum) alterius. Quod
vero non potef exfiftere, nifi vt determinatio
(nota, character, praedicatum) alterius, ac-
cidens appello. Hoc lubentius occasionein
arripio reddendi rationes fic conceptarum de-
finitionum, quo propius in iis aberant a vero,
iam Aristoteles, cum difcipulis a fchola dictis,
Cartefius, ipfe Spinoza, qui nihilo fecius ex
er.